

Hispanicum exercitum sub duce suo Gages post proelium apud Campum sanctum se recepisse usque Rimini. Interea nostri in Ducatum Ferariensem irrumpunt, Hispanos persecuturi. Noster exercitus Belgicus cum Anglis et Hannoveranis Coloniae, Antunaci, aliisque in locis Rhenum transierunt, e quibus primi 11 Aprilis tantum 6 milliariibus a Francofurto ad Moenum distant. Hinc fama est, Carolum VII. Ducem Bavariae decrevisse, Francofurto cum suis discedere, et paulisper Augustae Vindelicorum substiturum; imo nostri cives a nundinis Lincensibus venientes narrant nobis e litteris Monachio scriptis, se didicisse, praedictum Ducem Monachium iam venisse, et a suis summo cum gaudio receptum. E novis Viennensibus Monachio scriptis: Dux Bavariae, dictus Carolus VII. Imperator, Francofurto Monachium rediit 19. Aprilis biduo itineris, et altera die ejus filius, metu utique Anglicani exercitus et nostri Belgici, qui jam Francofurto appropinquabat, dudum trajecto Rheno. Item in Bavariam pergunt nostri milites Croatae, Banduri, Dalmatae, Lycani, Maroschenses, alique regulares confinium milites, vulgo regulierte Gränz-Miliz, numero 30000. Item Menzlius colligit copias Carabiniers dictus, lectissimis hominibus constantes, quos ille contra Bavaros commendabit, una cum 4000 Hungaris equitibus levibus.

(Continuatur.)

Marienlegenden.

Von P. Otto Grillnberger Ord. Cist.

Nachstehende Marienlegenden finden sich in einem Doppelblatte, einem Bruchstück einer Pergamenthandschrift in der Wilheringer Stiftsbibliothek. 22 Cm. lang, 15 Cm. breit, enthält dasselbe auf jeder Seite 45 Zeilen in Schriftzügen des XIV. Jahrhunderts. Bl. 1^a beginnt mitten in der IX. Legende, die folgenden Legenden füllen Bl. 1^a, 1^b, 2^a und zum Theile 2^b aus. An sie reiht sich ein »Sermo de angelis« mit dem Anfange: »Angelus tria facit homini: ostendit ei iudicium, infert dolorem, manifestat mortis diem.«

.. cooperante sancta Dei genitrice Maria¹⁾ et mox obtinuit, ut anima eius rediret ad corpus, quatenus, quod rapuerat, redderet et de peccatis poenitentiam ageret vivens triginta diebus. interea dum duceretur idem Stephanus²⁾ ad locum Judae³⁾ traditoris, ut iudicaret Dominus, audivit⁴⁾ voces quasi plangentium animarum in poenis⁵⁾ positarum, inter quas agnovit Petrum⁶⁾ fratrem suum, ad quem approximans dixit ei: quomodo, frater, in poenas ductus es? at⁷⁾ ille: ideo adductus huc sum, quoniam aliquantulum avarus fui,

¹⁾ Maria] *maria* die Handschrift, wie auch sonst. — ²⁾ Stephanus] *stephanus* d. Hs. — ³⁾ Judae] *Jude* d. Hs., wie auch sonst e für ae. — ⁴⁾ über audivit aloge von 2. H. — ⁵⁾ poenis] *penis* d. Hs., wie auch sonst e für oe. — ⁶⁾ Petrum] *petrum* d. Hs. — ⁷⁾ at] *ad* d. Hs. -

ait. cui: speras ultra consequi salutem? cui ille: spero, inquam, quoniam, etsi avarus, tamen multa bona erga ecclesias facere studui et si dominus apostolicus pro me missam cantaret cum suis cardinalibus largiente Domino consequerer veniam et solverer, quas patior,¹⁾ poenis, post hoc dum Stephanus²⁾ domino indicaret, ut supra dictum est, in locum, ubi Judas torquebatur, qui erat quasi puteus clavis acutis circumquaque praefixus³⁾ et . . . , venit iussio omnipotentis Domini, ut anima eius ad corpus rediret. reductus ergo ubi venit ad sanctam Dei genitricem Mariam, iussit ei ipsa virgo piissima, ut singulis diebus vitae suae cantaret psalterium beati immaculati. ergo venit iste Stephanus⁴⁾ et, quae sibi contigerant,⁵⁾ narravit apostolico et his, qui cum eo erant, et quae audierat a fratre suo Petro,⁶⁾ ostendit ei etiam brachium suum, quod constrinxerat Laurentius,⁷⁾ quod mirum in modum ita lucidum erat ac si vivens in corpore hoc fuisset passus. addidit etiam in hoc scietis, quoniam vera sunt ista, quae refero vobis, dum me videritis ex hac vita migrare triginta diebus transactis. his⁸⁾ verbis finem faciens audientibus, quod abstulerat iniuste, reddidit et exin peracta de reatibus poenitentia tricesima die feliciter migravit a saeculo.

X.

De quodam scholare.⁹⁾

Erat quidam scholaris¹⁰⁾ rurali operi¹¹⁾ deditus et aliis mundanis curis occupatus, qui dum multis pravis artibus esset intentus et dum terram suam exararet, quantum poterat terrae vicinis suis subripiebat et metas suas transgrediens iugibus suis aliorum terram subripiebat. tamen sanctam Dei genitricem saepius in mente habebat et plerumque eam, sicut de quibusdam supra retulimus, sicut sciebat, devote salutabat. iste ergo cum esset defunctus, convenerunt daemones animam eius confidenter. affuerunt et angeli, qui cum profferrent pauca bona ab ipso facta, coeperunt contra daemones innumerabilia mala proferre. cumque ob hoc exultantes¹²⁾ putarent se vicisse, incidit unus ex angelis, quod cum devotione solitus esset salutare sanctam Dei genitricem Mariam. hoc audientes daemones confestim ab anima discesserunt confusi. sicque factum est. illa anima erepta ab adversariorum potestate

¹⁾ patior] *pacior* d. Hs. — ²⁾ Stephanus] *stephanus* d. Hs. — ³⁾ nach praefixus et in der Hs. eine kleine Lücke. — ⁴⁾ Stephanus] *stephanus* d. Hs. — ⁵⁾ contigerant] *contingerant* d. Hs. — ⁶⁾ Petro] *petro* d. Hs. — ⁷⁾ Laurentius] *laurencius* d. Hs. — ⁸⁾ his] *hys* d. Hs. — ⁹⁾ scholare] *scolare* d. Hs. — ¹⁰⁾ scholaris] *scolaris* d. Hs. — ¹¹⁾ operi] *opere* d. Hs. — ¹²⁾ exultantes] *exaltantes* d. Hs. —

perpetuam damnationem ¹⁾ evasit largiente Domino per suae sanctae genitricis merita.

XI.

De quodam monacho.

Apud civitatem, quae vocatur Papia, ²⁾ in monasterio sancti Salvatoris fuit quidam monachus, qui erat prior in monasterio ipsius constitutus. hic erat levis in eloquio et pravis moribus malisque artibus intentus, sed tamen, quamvis ita videretur irreligiosus, sanctam Mariam matrem Domini non parum diligens ³⁾ singulis horis laudem Dei eiusque canebat et, dum eas caneret, semper stabat nec ullatenus sedere volebat. expleto denique vitae suae termino defunctus atque ⁴⁾ sepultus est. post anni vero circulum apparuit cuidam monacho secretario in monasterio, qui vocabatur Hunbertus. ⁵⁾ is autem Hunbertus, ut mos est secretariis, matutinos primos surrexerat quadam nocte et lampadum lumina refovebat stans ante altare. et ecce praefatus defunctus frater coepit eum vocare aperta voce: frater Hunberte, frater Hunberte! ille autem non est ausus ei respondere, sed ad stratum suum cum timore rediit. et cum dormisset, astitit ei ille frater memoratus et dixit ei: quare, dum te vocarem, respondere noluisti? quem ille recognoscens requisivit dicens: quomodo habes, frater? respondens ille: usque nunc male habui exilium passus in regione quadam. ubi dum degerem multis tribulationibus oppressus, accidit, ut transiret per illam regina veneranda, magni regis potentissima, cui, dum viverem, solitus eram singulis horis psalterium renuntiare. ⁶⁾ quae videns me agnovit et inde ⁷⁾ educens secum adduxit et in locum bonum misit. hoc autem frater ille Hunbertus ⁸⁾ centis ⁹⁾ fratribus innotuit, quod defunctus frater, sicut ipse referebat, per sanctam Dei genitricem supplicium ¹⁰⁾ evasit. unde colligitur, quantam spem evadendi possint percipere, si qui devote dulcissimas eius horas iam clementissimae dominae iugiter personantes studuerint servire. ipse autem Hunbertus, postquam hoc vidit et enarravit, inter paucos dies defunctus est.

XII.

De quodam clerico.

In territorio civitatis, quae dicitur Pisa, ¹¹⁾ erat quidam clericus ecclesiae sancti Cassiani ¹²⁾ canonicus. hic, sicut de pluribus retulimus,

1) damnationem] *dampnacionem* d. Hs. — 2) Papia] *papia* d. Hs. — 3) diligens] *diliens* d. Hs. — 4) atque] *adque* d. H. — 5) Hunbertus] *humbertus* d. H. — 6) renuntiare] *renunviare* d. Hs. — 7) inde] *in* d. Hs. — 8) Hunbertus] *humbertus* d. Hs. — 9) Vgl. Du Cange s. v. — 10) supplicium] *supplicium* d. Hs. — 11) Pisa] *bisa* d. Hs. — 12) Cassiani] *cassiani* d. Hs. —

sanctae virgini Mariae mundi reginae servitium¹⁾ devota mente reddebat horasque diei, quae tunc temporis paucissimae dicebantur,²⁾ in eius honore³⁾ sedule decantabat. cuius genitores cum morte iter agente ex hac luce migrassent et quoniam valde nobiles et divites fuerant, dimiserunt ei magnam haereditatem, quia praeter illum nullum habebant haerodem. venientes autem ad eum amici eius insistebant, ut rediret ad domum, quam reliquerant ei parentes, et uxorem ducens gubernaret⁴⁾ familiam suam ac hereditatem.⁵⁾ qui praebens eis assensum cum eis abiit, ut veniens ad possessionem patrum suorum uxorem duceret. inter haec vero coepit segnior esse in servitio,⁶⁾ quod solebat reddere, s. Mariae. quadam die in cum ad celebrandas nuptias⁷⁾ coniugis, quam sibi elegerat, tenderet. itinere devenit ad quandam ecclesiam et recordatus servitii soliti s. Mariae rogavit socios, ut se paululum exspectarent, dicens se velle in ecclesiam orandi gratia pergere. cumque socii eius admonerent eum, ut acceleraret,⁸⁾ nequaquam inde gressum movere voluit, donec omnes horas s. Mariae coepit intenta mente cantare. adhuc eo in ecclesia persistente apparuit ei s. Dei genitrix Maria dicens ei severa voce: o iniquissime et stultissime! cur me dereliquisti, cum tua amica essem, et declinasti in alterius amorem? numquid alteram invenisti me meliorem? moneo te, ne dimittas me nec me contempta coniugem aliam ducas. his verbis ille nimis perterritus ad socios rediit et simulans se veraciter ducere uxorem velle ex more nuptias⁹⁾ celebravit cum grandi gloria. nocte vero sequenti ingressus cubiculum quasi cum uxore pausaturus cunctis ignorantibus clam domum egressus tam uxorem quam cuncta, quae habebat, reliquit et, ut creditur,¹⁰⁾ locum Domini servitio et eius sanctae genitrici aptum quaerens quo¹¹⁾ abierit vel quomodo vitae cursum peregerit, hactenus nullus scire potuit. nemo tamen ambigere debet, quin ipse¹²⁾ sanctae coeli reginae sit protectus munimine usque in finem, pro qua ipsa hortante totum mundum studuit relinquere Domino opitulante, cui est sine fine gloria. amen.

XIII.

De beata virgine.

In Galliae partibus est quoddam monasterium in honore et nomine sanctae Mariae perpetuae virginis dedicatum. ad illud confluunt multi in necessitatibus suis gloriosae dominae suffragia postulantes. inter quos uxor cuiusdam militis praedicti monasterii

¹⁾ servitium] *servicium* d. Hs. — ²⁾ dicebantur] *dice dicebantur* d. Hs. — ³⁾ honore d. Hs. Vgl. XIII, 1. — ⁴⁾ gubernaret] *gubernarent* d. Hs. — ⁵⁾ haereditatem] *haereditate* d. Hs. — ⁶⁾ servitio] *servicio* d. Hs. — ⁷⁾ nuptias] *nupcias* d. Hs. — ⁸⁾ acceleraret] *accelerarent* d. Hs. — ⁹⁾ nuptias] *nupcias* d. Hs. — ¹⁰⁾ ut creditur] *creditur* d. Hs. — ¹¹⁾ quo] *que* d. Hs. — ¹²⁾ ipse] *ipsum* d. Hs. —

limina frequentius terere solebat. ibique vigiliis et orationes celebrare solebat misera illa mulier moerens et moerore confecta, quia sterilitatis macula notabatur: ista miseriae erat causa, ista doloris. ad te,¹⁾ inquit, confugio, pia mater misericordiae, tuam in hac aerumna²⁾ clementissimam exoro bonitatem! nosti, domina, quid deprecetur cordis contriti affectus, quid profundiores singultus, lacrimae postulent largiores! annis infelix mulier ego sum, quae fructu ventris mei privata sum ac per hoc confusionis et opproprii plena inter vicinos et notos apparere erubescio. vita haecce diu mihi, lux ipsa, qua sustineor, fastidium; amica nox, amabiles tenebrae amaritudini animae meae congruae et moerori. has igitur lacrimabiles voces, benigna mater Dei, exaudi, opproprii huius lacrimam dele, origo pietatis melle dulcior, domina pia distillans cydum³⁾ gratiae tuae in animam meam et dulciora amaritudines eius! consolare lugentem, consolatio miserorum! o virgo fecunda, piissima atque⁴⁾ benignissima, sterilitatis⁵⁾ meae remove maculam!⁶⁾ obtine precibus tuis apud filium Jesum Christum Dominum nostrum, qui nihil tibi negans te semper honorat, quatenus munus fecunditatis mihi sterili sua gratia largiatur, qui olim annosam et sterilem Saram inopinato genere fecundavit! haec et his similia corde potius⁷⁾ quam voce ante oculos gloriosae virginis assistens iugiter et sine intermissione femina illa exorabat. verum misericordiae mater tantis et crebris pulsata precibus nequaquam illi diutius distulit dare suae petitionis effectum. concepit ergo mulier et iuxta votum filium parit. ineffabili vero exultat gaudio mater, quia sterilitatis infamiae nota deterisa est, tum quia miris beatae Dei genitricis dato sibi masculo et vocari et esse meruit filii mater. sed inopinate et repente irruens laeta nati primordia tenebrosus finis obscurat. correptus acutis febribus infans a cunabulis acerbe morte defungitur. cuius morte tamquam letali vulnere sauciata mater arrepto defuncti corpore praedictum⁸⁾ monasterium petiit ibique deposito corpore emittit has preces et lamentabiles voces: ad te ergo confugio rursus, ante oculos tuos lacrimas fundo iterum, pietatis tuae ianuam importunis et necessariis precibus pulso, meum solum post Dominum refugium meumque solatium⁹⁾ et infinitae misericordiae et clementiae mater! heu mihi miserae! quid accidit, o domina, quid est, quod facere voluisti? cur tanti doloris gladio animam matris perforasti, cur dedisti filium, quem tam celeri morte et sibi et matri detrahare decrevisti? sed quia potens es suscitare mortuum filium, quae eum, cum non esset, dedisti,

1) ad te] *at de* d. Hs. — 2) aerumna] *erumpna* d. Hs. — 3) cydum] *cidum* sqq. d. Hs. — 4) atque] *adque* d. Hs. — 5) sterilitatis] *sterilitas* d. Hs. — 6) maculam] *macula* d. Hs. — 7) potius] *potius* d. Hs. — 8) praedictum] *prae dictum* d. Hs. — 9) solatium] *solacium* d. Hs. —

indubitanter credo, spero et confido. orbatae ergo et miserae genitrici redde filium, fac iterum, ut mater nuncupetur, quae laetao unicae prolis prodidi felicitis nominis omen! illa iam prosequente et noctem illam continuante¹⁾ prece vitalis calor atque mortis frigus depellens gelidis membris pueri repente infusus est. recepto ergo spiritu defunctus infans, quibus volebat, motibus significabat se vivere. quod sentiens mater et accedens propius, quatenus, si verum esset, quod sentiebat, probaret, cernens filium suum vivere primo nimio mentis stupore arripitur, dein lacrimas prae gaudio et lamentabiles voces²⁾ in vocem exultationis commutat. fama itaque tanti miraculi per vicina loca remotasque volat per turbas, multos de sedibus suis excitat ad videndam probandamque³⁾ miraculi veritatem. mirantur omnes et gaudent, auctorem vitae praedicant et laudant, super omnia autem genitricem Dei immensis laudum praeconiis extollunt, quae omnibus in quibuslibet necessitatibus vel pressis eam invocantibus patrocinari non desinit. mulier itaque illa reddito sibi filio gratulabunda domum reversa est.

XIV.

De quodam monacho.

Contigit quondam res mira in civitate Bituricensi,⁴⁾ quam solebat narrare quidam monachus s. Michaelis de Clausa⁵⁾ nomine Petrus⁶⁾ se dicens eo tempore illic fuisse. die ergo sollemnitatis⁷⁾ paschae cum Christiani pueri in quandam ecclesiam accederent ad percipiendum corpus et sanguinem Domini nostri Jesu Christi, quidam puer de gente Judaica, qui cum eis litteris instruebatur, inter aliquos ad altare accessit et corpus dominicum ignorante presbytero percepit. erat autem super altare quaedam imago s. Mariae velamen super caput suum habens, de qua videbatur ipsi puero Judaico, quod ipsa quasi aliqua miranda habitu foemina accedentibus ad communionem unicuique cum sacerdotis manu distribueret eucharistiae partem. reversus ergo ad paternam domum praedictus puer, cum interrogaretur, unde veniret, respondit se cum sociis suis ad ecclesiam isse⁸⁾ et eis communionem percipientibus et se similiter communicasse. haec audiens pater eius graviter iracundia accensus arripiens eum cum furore conspexit haud longe fornacem ignis ardentem rapidoque cursu pergens iactavit eum in ignem. statim autem ipsi puero sancta Dei genitrix in specie imaginis,⁹⁾ quam super altare vidit, apparuit eumque ab igne liberans nec etiam parum caloris sentire permisit. mater vero pueri nimio dolore constricta eiulando¹⁰⁾

¹⁾ continuante] *continuant* d. Hs. — ²⁾ voces] *voce* d. Hs. — ³⁾ videndam probandamque] *videnda probandaque* d. Hs. — ⁴⁾ Bituricensi] *bituricensi* d. Hs. — ⁵⁾ Clausa] *clausa* d. Hs. — ⁶⁾ Petrus] *petrus* d. Hs. — ⁷⁾ sollemnitatis] *solempnitatis* d. Hs. — ⁸⁾ isse] *esse* d. Hs. — ⁹⁾ imaginis] *ymaginis* d. Hs. — ¹⁰⁾ eiulando] *evigilando* d. Hs.

clamare coepit multosque tam Christianos tam Judaeos ad lacrimas commovit. qui videntes puerum in fornacis medio viventem et nullam maculam ignis in se habentem confestim eum eduxerunt sciscitantes ab illo, quomodo evasisset incendium ignis. at ille respondit: quoniam venerabilis domina, quae super altare stabat et nobis communicantibus porrigebat particulas, mihi auxilium praebuit et omne incendium a me depulit nec etiam dolorem fumi sentire permisit. hoc audientes Christiani intellexerunt sanctam Dei genitricem eius fuisse protectricem. Judaeum patrem pueri, qui eum in fornacem miserat, in eandem fornacem iniecerunt et statim ab igne circumdatus in momento exustus est totus. quod videntes tam Judaei quam Christiani Deum et sanctam genitricem collaudaverunt et ex illa die fide ferventiores extiterunt.

Ordens - Nachrichten.

I. Abtwahl in Disentis.

Am 18. April nahm das Capitel des Klosters Disentis unter der Leitung des hochwürdigsten Herrn Abtes Basilius I. von Einsiedeln, des Präses der schweizerischen Benedictiner-Congregation, die Wahl eines Abtes vor. Gewählt wurde der bisherige P. Prior, P. Benedict Prevost.

Der Neugewählte erblickte das Licht der Welt zu Münster im Canton Graubünden im Jahre 1848. Er bezog frühzeitig das von den RR. PP. Franziskanern geleitete Gymnasium in Bozen. Nach glänzend bestandener Maturitätsprüfung trat er in das rühmlichst bekannte Benedictinerstift Muri-Gries bei Bozen, wo er am 21. November 1870 die hl. Gelübde ablegte und am 6. August 1871 zum Priester geweiht wurde. Bald darauf berief ihn sein Abt zum wichtigen und schwierigen Amte des Novizenmeisters und Lectors der Moralthologie. Zudem wirkte er als eifriger Priester mit grossem Erfolge im Beichtstuhle, auf der Kanzel und als Katechet. Allein der Menschen Wege sind nicht Gottes Wegel Nach Gottes unerforschlichem Rathschlusse sollte er nur in das Stift Gries eintreten, um sich für einen grössern Wirkungskreis zu befähigen. Es hatten nämlich die hochwürdigsten Herren Aebte der schweizerischen Benedictiner-Congregation im Jahre 1880 beschlossen, die Restauration des dem Untergange so nahen, im Jahre 612 vom hl. Sigisbert gegründeten Klosters Disentis in Angriff zu nehmen und ersuchten desshalb den damaligen Abt von Gries, Adalbertus I., einen seiner Söhne als Prior nach Disentis zu schicken. Abt Adalbert entsprach dem Gesuche und betraute in der Person des R. P. Benedict Prevost eine seiner tüchtigsten Kräfte mit dem so schwierigen Werke der innern und äussern Restauration dieses Klosters. Beinahe 8 Jahre hindurch wirkte P. Benedict als Prior. Es